Sancta katherina oꝛ
Sancta margareta oꝛ
Sancte susanna oꝛ
Sancta genouefa oꝛ
Sancta apollonia oꝛ
Sancta barbara oꝛ
Sancta anastasia oꝛ
Sancta honoꝛina oꝛ

Sancta fides or
Sancta spes or
Sancta charitas or
Omnes sancte virgines Orat
Omnes sancti et sancte Orat

Propicius esto: parce ei domine. Ab oi ma
lo: libera eum domine. Ab insidijs dyaboli
libera eum dñe. Ab iminētibus pctōꝝ nṙoꝝ
periculis: li. Ab infestationibus demonū: li
A spiritu fornicatiōis: li. Ab appetitu ina
nis glie: li. Ab ira et odio ꝛ oī mala volūtat
li. A cecitate cordis: li. A fulgure et tēpesta
te: li. A subitanea et eterna morte: li. Ab i
mundis cogitationibus: li. Ab oī imundicia
mētis et corporis: li. A dānatione ꝑpetua: li
Per mysterium sancte incarnationis tue: li
Per natiuitatē tuā: li. Per circūcisionē tuā
li. Per baptismū tuū: li. Per ieiuniū tuū: li
Per passionē et crucē tuā: li. Per gloriosā r
surrectionē tuā: li. Per admirabilē ascēsion
tuam: li. Per grām scti spūs paracliti: li. I
hora mortis: succurre ei dñe. In die iudicij: l
In die isto: li. A loco penaꝝ: li. A ponder
pctōꝝ: li. A mortis vinculis: li. Per interce
sionē omniū sanctoꝝ ꝛ sanctaꝝ: libera eū dñ
Peccatores: te rogamus audi nos. Ut paci

bis dones. te. Ut mentem eius ad celestia
syderia erigas. te. Ut eum/am/ab eterna dāna-
ne eripias te. Ut oculos mie tue sup eum/am/
ducere digneris. te. Ut in presenti periculo
succurrere digneris. te. Ut eum/am/exaudire
gneris. te. Fili dei. iii. te. Agnus dei qui
llis peccata mūdi: parce ei domine. Agnus
i qui tollis peccata mundi: succurre ei dñe.
Agnus dei qui tollis peccata mūdi: misere-
ei dñe. Christe audi nos. Kyrie eleyson.
Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr.
Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera
Saluū fac seruū/ācillā/tuū/ā. Deus meus spātē
Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie ini
ici. Nichil proficiat inimicus in eo/a. Et filius
quitatis nō apponet nocere ei. Mitte ei do-
ine auxiliū de sancto Et de syon tuere eū/ā/
ñe exau. Et cla. Dñs vo. Et cū. Oremus.
Deus qui ezechie regi famulo tuo terq-
nos ānos ad vitā donasti: ita et hūc/āc/
mulū/ā/tuū/ā/ a lecto egritudinis: tua po-
tia erigas ad salutem. Per christū. Oremus.
Respice dñe famulū/ā/tuū/ā/in ifirmita
te sui corporis laborātē. et aiaz refoue quā
easti: vt castigatōibus tuis emēdatus/a/ cōtinuo
sētiat tua medicina esse saluatū/ā. p x. Ore.

Virtutū celestiū deus qui ab humanis corpoꝛibus oēm languoꝛē et oēm ifirmitatē pꝛecepti tui potestate depellis: adesto pꝛopicius huic famulo/e/tuo/e/ vt fugatis infirmitatibus et viribus receptis: nomen sanctum tuū instaurata pꝛotinus sanitate benedicat. Qui viuis et regnas. Oꝛemus

Omnipotēs sempiterne deus: qui per beatum iacobū apostolū tuū dixisti. infirmatur quis in vobis: inducat pꝛesbyteros ecclesie et oꝛent super eū vngētes eū oleo in nomine dñi: et oꝛatio fidei saluabit ifirmū/ et alleuiabit eum dñs. et si in peccatis sit: dimittetur ei. te supplices exoꝛamus: vt hic/ec/famulus/a/tuus/a/ per mysteriū nostre vnctionis et donū tue sctē pietatis/pctōꝝ suoꝝ veniā consequi: et ad vitā eternā peruenire mereatur Per xp̄m. Hic infirmus confiteatur si necesse fuerit. et absoluatur modo sequēti. Absoluti

Dominus iesus chꝛistus qui dixit discipulis suis. quecūqꝫ ligaueritis sup terram erunt ligata et in celis. et quecūqꝫ solueritis super terrā: erunt soluta et in celis. de quorum numero q̄uis indignos nos esse voluit ipse te absoluat per mysteriū nostrū ab oībus pctis tuis quecūqꝫ cogitatione/locutione at

peratione neglig̃eter egisti. et a nexibus pec
[c]torum absolutũ perducere dignetur ad regna
[ce]lorum. Qui cum patre et spũ sancto viuit et re
[g]nat deus. Per omnnia secula seculorum. Amẽ.
[A]bsolutionẽ et remissionẽ oim pctõrum tuorum
[tr]ibuat tibi oipotens et misericors dñs. Amẽ
[D]einde vngat oleo sctõ. et primo ad oclos di.

Per istam vnctionem et suam piissimã misericordiã indulgeat tibi dñs deus [q]uidquid peccasti per visum. amẽ. Ad aures.

[P]er istam vnctionẽ et suam piissimã mĩam [in]dulgeat tibi dominus deus quidquid pecca[st]i per auditum. amen. Ad labia.

[P]er istam vnctionẽ et suam piissimã mĩam [in]dulgeat tibi dominus deus quidquid pecca[sti] per gustum. amen. Ad nares.

[P]er istam vnctionẽ et suam piissimã mĩam [in]dulgeat tibi dñs deus q̇dq̇d peccasti per odo[ra]tũ. amẽ. Ad manus si sacer. fue. vngat de foris

[P]er istam vnctionẽ et suam piissimã mĩam [in]dulgeat tibi dominus deus quidquid pecca[sti] per tactum. amen. Ad pedes.

[P]er istam vnctionẽ et suam piissimã miseri[co]rdiam indulgeat tibi dñs deus quidq̇d pec=[ca]sti per incessum. amen. Ista vnctio fiat vi[ris] in lumbis: et feminis in vmbilico.

Per istam vnctionē et suam piissimā miser
cordiam indulgeat tibi dominus deus quid
quid peccasti per ardorem libidinis. amen.
Facta vnctione sacerdos dicat quod sequitu
In nomine patris et filij et spiritussancti si
tibi hec vnctio olei ad purificationē mētis e
corporis ad munimē et defensionem contr
iacula immūdoꝝ spirituum. amē. Postea cō
municet sacerdos infirmū si necesse fuerit d
Corpus dñi nostri nostri iesu christi prosit t
bi ad salutē corporis et aīe in vitā eternā. am
Post cōmunionē sacerdos dicat hanc orōen
sequentem. et si non cōmunicauerit: nō dica
eam. Dñs vobiscū. Et cum spū tuo. Oremu
Domine sancte pater oṗs eterne deu
te humiliter deprecamur: vt accipie
ti fratri nostro hanc sacrosanctā euchari
corporis et sanguinis dñi nostri iesu christi
lij tui tam corpori ꝙ aīe sit salus. Per eunde
christum dñm nostrū. amē. Deīde dicat sac
dos sequētes orōes: siue cōicauerit īfirmū siu
non. dicēdo Dñs vo. Et cū spū tuo. Oremu
Propicietur dñs cunctis iniquitatibu
tuis. et sanet oṁs lāguores tuos / re
matqꝫ de interitu vitam tuam. et corrobo
ac satiet in bonis desyderiū tuū. Qui solus

trinitate pfecta viuit et regnat deus. Per om
nia secula seculorum. amen. Oremus.

D Ominus iesus christus apud te sit vt
te defendat. amen. intra te sit vt te refi
ciat. amen. circa te sit vt te confirmet. amen.
post te sit vt te bñdicat. Qui cum patre et spi=
ritu sancto viuit et regnat deus. Oremus.

B Ene✠dicat te deus pater. amen. sanet
te dei filius. amen. illuminet te spirit9
sanctus. amen. corpus tuum custodiat. amen
animã tuam saluet. amen. cor tuum irradiet.
amen. sensum tuũ dirigat. amen. et ad supnã
vitã te pducat. Qui in trinitate p. vi. Orem9.

B Ene✠dicat te deus celi. amẽ. adiuuet
te christus filius dei. amẽ. illuminet te
virtus spiritussancti. amen. corpus tuũ in suo
sancto seruitio custodiri et conseruari faciat.
amen. mentẽ tuã illuminet. amẽ sensum tuũ
custodiat. amen. gratiã suam ad profectũ ani
me tue in te augeat. amẽ. ab omi malo te libe=
ret. amen. deleat tibi oĩa pctã tua. amen. dex=
tra sua te defendat. amẽ. qui sctõs suos semp
adiuuat: ipse te adiuuare et conseruare digne=
tur. Qui in trinitate perfecta vi. Oremus.

B Enedicat✠ te de9 pater q̃ in principio
cũcta creauit. amen. bñdicat te dei fili9

qui de supnis sedibus pro nobis saluator desc
dit. amē. bñdicat te spūssāctus qui in specie c
lūbe in flumine iordanis requieuit in christo
ipse te in trinitate sanctificet. quē oēs gētes v
turum expectāt ad iudiciū. Qui cum patre e
spiritu sancto viuit et regnat deus. Oremus
Benedicat te deus pater qui te creauit
amen. Bñdicat te dei filius qui pro t
passus est. amē. Bñdicat te spūssanctus qui i
te effusus est. amē. Bñdicāt te angeli et arch
geli dei. amē. Bñdicant te nouē ordines ang
loꝝ regni celestis. amē. Bñdicant te vigint
quattuor seniores qui sub throno dei sūt. am
Benedicant te virtutes et dñationes. amen
Bñdicant te principatus et potestates. am
Bñdicāt te throni cherubin et seraphin. am
Bñdicant te patriarche et prophete atqꝫ ap
stoli christi. amen. Benedicāt te martyres
confessores christi. amē. Benedicāt te mon
chi et virgines christi. amē. Benedicant te c
li et terra et omnia que in eis sunt. amē. Om
nes bñdictiones que in libris et in sanctis co
tinentur scripturis super te veniant et man
ant tecum. Per dñm nostrū. Postea lauet s
cerdos manus suas. et dicat euāgeliū Scdm
iohannē. In principio erat verbum. vt sup

¶ Incipit cõmendatio animarũ. ℟.



Ubuenite sctĩ de i occurrite ange

li domini suscipiẽtes aiaꝫ eiꝰ. offerẽtes eam

n cõspectu altis simi. ℣. Suscipiat te xp̄s q̄


ocauit te et in sinu abꝛahe ãgeli dedu-

int te. Of.

Kyꝛie el. Xp̄e el. Kyꝛie el. Pr̄ nr̄. Et ne. Oꝛemꝰ p fidelibꝰ defũc. Req̇ẽ et. In meõꝛia et. A poꝛta te. Of. Credo vi. Dñe ex. Dñs vo. oꝛeᷣ

Tibi dñe cõmẽdamus aı̄am famuli/e/ tui/e/ vt defũcti seculo tibi viuat ꝛ que er fragilitatẽ mũdane cõuersationis pecca- admisit: tu venia misericoꝛdissime pietatis sterge. Per eum qui vẽturus. Alia oꝛatio.

Misericordiā tuam dn̄e sācte pater oṗs eterne deus pietatꝭ affectu rogare pro alijs cogimur. q̄ p pctis nr̄is supplicare nequa ꝙ sufficim⁹: tn̄ de tua cōfisi gratuita pietate et inolita benignitate clementiā tuam deposci mus: vt aīam famuli/e/tui/e/ad te reuerten tem cum pietate suscipias. Assit ei angelus te stamenti tui michael. et per manus sanctorū angelorū tuorū inter sanctos et electos tuos in sinibus abrahe ysaac et iacob patriarcharū tuoꝝ eam collocare digneris. quatenus libe rata de principibus tenebraꝝ et de locis pena rum nullis iam primeue natiuitatis vel igno rantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundantur erroribus. sed potius agnosca tur a tuis. et sancte beatitudinis requie ꝑfru tur. atq cum magni iudicij dies aduenerit: in ter sanctos et electos tuos resuscitatus/a/glo ria manifeste contēplationis tue perpetuo sa tietur. Per christum dominū nostrū. Amen




ān. Suscipiat te christus. Euouae.


In exitu israel de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. Facta est iudea sāc

ratio eius: israel potestas eius. Mare vidit
fugit: iordanis cōuersus est retrorsū. Mon
s exultauerūt vt arietes: et colles sicut agni
uium. Quid est tibi mare q fugisti: et tu ior
anis quia cōuersus es retrorsū: Mōtes exul
stis sicut arietes: et colles sicut agni ouium:
A facie dn̄i mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petrā in stagna aquarū: et ru-
em in fontes aquaꝝ. Non nobis dn̄e nō no
is: sed noī tuo da gloriā. Super mīa tua et
eritate tua: nequādo dicāt gentes vbi est de-
s eorum. Deus autem noster in celo: om-
ia quecunqꝫ voluit fecit. Simulachra gen-
ium argentum et aurum: opera manuū ho-
minum. Os habent et non loquētur: oculos
abent et non videbunt. Aures habent et
on audiēt: nares habent et non odorabunt.
Manus habēt et non palpabūt: pedes habēt
t nōn ambulabūt/non clamabūt in gutture
uo. Similes illis fiāt qui faciūt ea: et oēs qui
ōfidunt in eis. Domus israel sperauit in do
mino: adiutor eorum et protector eorum est.
Domus aaron sperauit in dn̄o: adiutor eoꝝ
t protector eorum est. Qui timent dominū
perauerūt in dn̄o: adiutor eorū et protector
orū est. Dominus memor fuit nostri: et be-

nedixit nobis. Benedixit domui israel: bene
dixit domui aaron. Benedixit omibus qui t
ment dominũ: pusillis cũ maioribus. Adi
ciat dominus super vos: super vos et super f
lios vestros Benedicti vos a dño: qui fecit c
lum et terrã. Celũ celi dño: terrã aũt dedit f
lijs hominũ. Non mortui laudabunt te dñe
neq omnes qui descendunt in infernũ. Sed
nos qui viuimus bñdicimus domino: ex ho
nunc et vsq in seculũ. Requiẽ eternam. ãn




Suscipiat te christus qui vocauit te et in si-



nu abrahe angeli deducant te. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui hu
mano corpori animam ad similitudi
nem tuam inspirare dignatus es. dum te iu
bente puluis in puluerem reuertitur: tu yma
ginem tuam cum sanctis et electis tuis eter
nis sedibus precipias sociari. eãq ad te reuer
tentem de egypti partibus blãde leniterq su
scipias. et angelos tuos sanctos ei obuiã mit

s: viamq; iusticie illi demonstra / et portas
orie tue aperi. repelle quesumus domine ab
omnes principes tenebraꝝ. et agnosce de=
ositum fidele quod tuum est. Suscipe domi
e creaturā tuam non ex diis alienis creatā.
d a te solo deo viuo et vero. quia non est ali⁹
ter te domine et non est secūdū opera tua:
etifica clementissime deus animā famuli/e/
i/e/et clarifica eam in multitudine mīe tue
e memineris dn̄e quesum⁹ iniquitatū eius
ntiquaꝝ et ebrietatum quas suscitauit furor
iali desyderii: licet enim peccauerit: tamē te
ō negauit. sed signo fidei insignitus/a/te qui
nia et eum inter oīa fecisti fideliter adorauit.
Qui viuis ꝗ regnas de⁹. per oīa scl̄a scl̄oꝝ. ā. ān



ps.

Dilexi quoniā exaudiet dn̄s: vocē orōis
mee Quia inclinauit aurē suā michi:
t in diebus meis inuocabo. Circūdederunt
e dolores mortis: et pericula inferni inuene
unt me. Tribulationē et dolorē inueni: et
omē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera aīam meā
isericors dn̄s et iustus: et de⁹ noster misereť.

Custodiens paruulos dn̄s: huīliatus sum et liberauit me. Cōuertere aīa mea in requiem tuā: quia dn̄s benefecit tibi Quia eripuit animā meā de morte. oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu Placebo dn̄o in regione viuorū. Requiē eternā. in fine cuiuslibet p

Credidi propter quod locut⁹ sum: ego aūt huīliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs hō mēdax. Quid retribuam dn̄o: pro oīnibus q̄ retribuit michi? Calicem salutaris accipiam: et nomen dn̄i inuocabo. Uota mea domino reddā corā oīni populo eius: preciosa in conspectu dn̄i mors sanctoꝝ eius. O dn̄e qꝛ ego seruus tu⁹: ego seruus tu⁹ et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomē dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddam in cōspectu oīnis populi eius: in atrijs domus dn̄i in medio tui hierusalē. Requiem eternā. Psalm⁹.

Laudate dominū oīns gentes: laudate eum oēs populi. Quoniā confirmata est super nos mīa ei⁹: et veritas domini manet in eternum. Requiem eternam. Psalm⁹

Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculum mīa eius. Dicat nūc israel quoniā bonus: qm̄ in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus aaron: qm̄ in seculū mīa
ius. Dicāt nunc qui timēt dn̄m: qm̄ in secu
m mīa eius. De tribulatione inuocaui do=
inū: et exaudiuit me in latitudine dn̄s. Do
inus michi adiutoꝛ: non timebo quid faciat
ichi homo. Dn̄s michi adiutoꝛ: et ego de=
iciā inimicos meos. Bonū eſt cōfidere in do
ino: ꝙ confidere in homine. Bonū eſt ſpe
re in dn̄o: ꝙ ſperare in pꝛincipibus. Oēs
entes circuierunt me: et in noīe dn̄i qꝛ vltus
m in eos. Circūdantes circūdederunt me:
t in noīe dn̄i quia vltus ſum in eos. Circun
ederūt me ſicut apes et exarſerūt ſicut ignis
ſpinis: et in noīe dn̄i quia vltus ſum in eos
mpulſus euerſus ſum vt caderem: et dn̄s
ſcepit me. Foꝛtitudo mea et laus mea do=
inus: et factus eſt michi in ſalutē. Vox exul
tionis et ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝛum.
Dextera dn̄i fecit virtutē: dextera dn̄i exalta
it me/dextera dn̄i fecit virtutē. Non moꝛi=
r ſed viuam: ⁊ narrabo opera dn̄i. Caſtigās
ſtigauit me dn̄s: et moꝛti non tradidit me.
Aperite michi poꝛtas iuſticie: et igreſſus in
as cōfiteboꝛ dn̄o hec poꝛta dn̄i iuſti intrabūt
eam. Confiteboꝛ tibi qm̄ exaudiſti me: et
ctus es michi in ſalutē. Lapidē quē repꝛo-

bauerunt edificantes: hic factus est in caput
anguli. A dño factum est istud: et est mirabi
le in oculis nostris. H ec est dies quã fecit do=
minus: exultemus et letemur in ea. O domi
ne saluũ me fac o dñe bene pꝛosperare: benedi
ctus qui venit in noĩe dñi. B ñdicimus vobis
de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis. C õsti
tuite diem solennẽ in condẽsis: vsq ad coꝛnu
altaris. D eus meus es tu et confitebor tibi:
deus meus es tu et exaltabo te. C õfitebor ti
bi quoniã exaudisti me: et factus es michi in
salutẽ. C õfitemini domino quoniã bonus:
qm̃ in seculũ misericoꝛdia eius. R equiẽ. ps.
B Eati imaculati in via: qui ambulant in
lege dñi. B eati qui scrutãtur testimo=
nia eius: in toto coꝛde exquirũt eũ. N on eni
qui operãtur iniquitatẽ: in viis eius ambula=
uerunt. T u mandasti mãdata tua: custodiri
nimis. U tinã dirigantur vie mee: ad custo=
diendas iustificationes tuas. T unc non con
fundar cum perspexero: in omnibus manda=
tis tuis. C õfitebor tibi in directione coꝛdis:
in eo q didici iudicia iusticie tue. I ustificatio
nes tuas custodiã: non me derelinquas vsq
quaq. I n quo coꝛrigit adolescẽtioꝛ viam su=
am: in custodiendo sermones tuos. I n toto

ꝛde meo exquisiui te: ne repellas me a man=
atis tuis In coꝛde meo abscōdi eloquia tua:
t non peccem tibi. Benedictus es domine:
oce me iustificationes tuas. In labijs meis
ꝛonunciaui: omnia iudicia oꝛis tui. In via
stimonioꝝ tuoꝛum delectatus sum: sicut in
mnibus diuitijs. In mandatis tuis exerce=
oꝛ: et consyderabo vias tuas. In iustifica=
onibus tuis meditaboꝛ: non obliuiscar ser=
iones tuos. Requiem eternam. Psalmus.
Retribue seruo tuo viuifica me: et custo
diā sermōes tuos. Reuela oculos me=
s: et consyderabo mirabilia de lege tua. In=
ola ego sū in terra: nō abscōdas a me mādata
ua. Cōcupiuit aīa mea desyderare: iustifica=
iones tuas: in omni tp̄ꝛe. Increpasti super=
os: maledicti qui declinant a mandatis tuis
Aufer a me oppꝛobꝛiū et contēptum: qꝛ te=
timonia tua exquisiui. Etenim sederūt pꝛi=
ipes et aduersum me loquebātur: seruus au
em tuus exercebatur in iustificationibꝰ tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est:
t consilium meum iustificationes tue. Ad=
esit pauimēto anima mea: viuifica me secū=
um verbum tuum. Vias meas enunciaui
t exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationū tuaꝝ instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit aīa mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iīquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis dn̄e: noli me cōfundere. Viam mandatorum tuorū cucurri: cum dilatasti cor meum.

Legem pone michi dn̄e viam iustificationū tuaꝝ: et exquiram eam semper. Da michi intellectū ⁊ scrutabor legem tuā: et custodiā illam in toto corde meo. Deduc me in semita mādatoꝝ tuoꝝ: quia ipsā volui. Inclina cor meū in testimonia tua: et nō in auariciam. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquiū tuū: in timore tuo. Amputa opprobriū meū quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocūda. Ecce cōcupiui mādata tua: in equitate tua viuifica me. Et veniat super me mīa tua dn̄e: salutare tuum scdm̄ eloquiū tuum. Et respondebo exprobrātibus michi verbū: qr speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbū veritatꝭ vsquequaqꝫ: quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiam legē tuam semper: in sclm̄ et in sclm̄ scli

Et ambulabā in latitudine: qꝛ mandata tua
exquisiui. Et loquebar de testimonijs tuis in
conspectu regū: et non confundebar. Et me
ditabar in mandatis tuis: que dilexi. Et leua
ui man⁹ meas ad mādata tua que dilexi: et ex
ercebor in iustificationib⁹ tuis. Requiē. ps.
Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo
michi spem dedisti. Hec me cōsolata
est in humilitate mea: quia eloquiū tuū viuifi
cauit me. Superbi inique agebāt vsqꝫquaqꝫ:
a lege autē tua nō declinaui. Memor fui iudi
cioꝝ tuoꝝ a seculo dñe: et cōsolatus sum. De
fectio tenuit me pro pctōribus: derelinquēti
bus legē tuam. Cantabiles michi erant iusti
ficationes tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui dñe: et custo
diui legem tuā. Hec facta est michi: quia iusti
ficationes tuas exquisiui. Portio mea dñe: di
xi custodire legem tuā. Deprecatus sū faciē
tuam in toto corde meo: miserere mei scdm
eloquiū tuum. Cogitaui vias meas et cōuer
ti pedes meos: in testimonia tua. Paratus sū
et nō sum turbatus: vt custodiā mandata tua.
Funes peccatoꝝ circūplexi sunt me: et legē
tuam nō sum oblitus. Media nocte surgebā
ad confitendū tibi: super iudicia iustificatiōis

ei

tue. Particeps ego sum omniũ timentiũ te:
et custodientium mãdata tua. Misericordia
tua domine plena est terra: iustificationes tu
as doce me. Requiem eternam. Psalmus.
Bonitatẽ fecisti cum seruo tuo domine:
secundum verbũ tuum. Bonitatẽ et
disciplinã et scientiã doce me: quia in manda
tis tuis credidi. Priusq̄ humiliarer ego deli
qui: propterea eloquiũ tuum custodiui. Bo
nus es tu: et in bonitate tua doce me iustifica
tiones tuas. Multiplicata est super me iniq̄
tas superborũ: ego autem in toto corde meo
scrutabor mãdata tua. Coagulatũ est sicut
lac cor eoꝝ: ego vero legẽ tuã meditatus sum
Bonũ michi q2 humiliasti me: vt discã iusti
ficationes tuas. Bonũ michi lex oris tui: su
per milia auri et argẽti. Manus tue fecerunt
me et plasmauerũt me: da michi intellectũ vt
discã mandata tua. Qui timent te videbunt
me et letabũtur: quia in verba tua supsperaui
Cognoui dñe q2 equitas iudicia tua: et in ve
ritate tua huiliasti me. Fiat mia tua vt con
soletur me: scdm eloquiũ tuũ seruo tuo. Ve
niant michi miserationes tue et viuam: quia
lex tua meditatio mea est. Confundãtur su
perbi quia iniuste iniquitatẽ fecerũt in me: ego

utē exercebor in mādatis tuis. Conuertan
ur michi timētes te: et qui nouerūt testimo-
nia tua. Fiat cor meū imaculatū in iustifica
tionibus tuis: vt nō cōfundar. Requiē. ps.
Defecit in salutare tuū aia mea: & in ver
bum tuū supersperaui. Defecerūt ocu
li mei in eloquiū tuū: dicētes quādo cōsolabe-
ris me. Quia factus sū sicut vter in pruina: iu-
stificationes tuas nō sū oblitus. Quot sunt
ies serui tui: quando facies de persequētibus
me iudicium? Narrauerunt michi iniqui fa-
ulationes: sed non vt lex tua. Omia mādā
a tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiu-
a me. Paulominus consummauerunt me
n terra: ego autem non dereliqui mandata
ua. Secundum miam tuam viuifica me: et
ustodiam testimonia oris tui. In eternum
omine verbū tuū: permanet in celo. In ge
eratione et generationē veritas tua: funda-
i terrā et permanet. Ordinatione tua per-
euerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi q lex tua meditatio mea est: tunc forte
eriissem in humilitate mea. In eternū non
bliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis vi
ificasti me. Tuus sum ego saluum me fac:
uoniam iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerūt vt perderent me: testimo
nia tua intellexi. Omnis consūmationis vi
di finē: latū mandatū tuū nimis. Requiē. ps
Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditatio mea est. Super in
micos meos prudentem me fecisti mandat
tuo: quia in eternum michi est. Super omē
docētes me intellexi: q2 testionia tua medita
tio mea est. Sup senes ītellexi: q2 mādata tu
q̄siui. Ab oī via mala prohibui pedes meos
vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis no
declinaui: quia tu legem posuisti michi. Qu
dulcia faucibus meis eloquia tua: super m
ori meo. A mandatis tuis intellexi: propt
rea odiui omnē viam iniquitatis. Lucern
pedibus meis verbū tuum: et lumen semit
meis. Iuraui et statui custodire: iudicia iu
cie tue. Humiliatus sum vsqquaq dn̄e: viu
fica me secundū verbū tuū. Voluntaria or
mei bn̄placita fac dn̄e: et iudicia tua doce m
Anima mea in manibus meis semper: et l
gem tuam nō sum oblitus. Posuerūt pecc
tores laqueū michi: et de mādatis tuis nō e
raui. Hereditate acquisiui testimonia tua i
eternum: quia exultatio cordis mei sunt. I
clinaui cor meū ad faciendas iustificatiōes i

us: in eternū ꝓpter retributionē. Requiē. ps
Iniquos odio habui: et legē tuam dilexi
Adiutoꝛ et susceptoꝛ meus es tu: et in
verbū tuū supersperaui. Declinate a me ma
ligni: et scrutaboꝛ mandata dei mei Suscipe
me secundū eloquiū tuū et viuā: et non cōfun
das me ab expectatione mea. Adiuua me et
saluus ero: et meditaboꝛ in iustificationibus
tuis semper. Spreuisti oēs discedētes a iudi=
cijs tuis: quia iniusta cogitatio eoꝛum. Pꝛe=
uaricātes reputaui omnes peccatoꝛes terre:
ideo dilexi testimonia tua. Confige timoꝛe
tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudiciū et iusticiā: nō tradas me calum
niantibus me. Suscipe seruū tuum in bonū:
non calūnientur me superbi. Oculi mei defe
cerūt in salutare tuū: et in eloquiū iusticie tue.
Fac cum seruo tuo scdm miam tuam: et iu=
stificationes tuas doce me Seruus tuus sum
ego: da michi intellectū vt sciā testionia tua.
Tempus faciēdi dñe: dissipauerunt legē tuā
Ideo dilexi mandata tua: super aurum et to
pazion. Propterea ad oīa mādata tua dirige
bar: oēm viā iniquā odio habui. Requiē. ps.
Mirabilia testimonia tua: ideo scruta=
ta est ea anima mea. Declaratio ser=


monum tuorum illuminat: et intellectū dat paruulis. Os meū aperui et attraxi spiritū: quia mandata tua desyderabā. Aspice in me et miserere mei: secundū iudiciū diligentium nomen tuū. Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum: vt non dominetur mei omnis iniusticia. Redime me a calūnijs hominū: vt custodiā mandata tua. Faciē tuam illumina super seruum tuum: et doce me iustificatiōes tuas. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei: quia non custodierūt legem tuam. Iustus es domine: et rectum iudicium tuum. Mandasti iusticiam testimonia tua: et veritatē tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer: et seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iusticia tua domine iusticia in eternum: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternū: intellectum da michi et viuam. Requiē. ps.

CLamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requirā. Clamaui ad te saluū me fac: vt custodiam manda

ta tua. Preueni in maturitate et clamaui: qꝛ
in verba tua supersperaui. Preuenerunt ocu
li mei ad te diluculo: vt meditarer eloq̄a tua.
Vocem meam audi secundum misericoꝛdi-
am tuam domine: et secundum iudicium tu-
um viuifica me. Appꝛopinquauerunt perse
quentes me iniquitati: a lege autem tua lon-
ge facti sunt. Pꝛope es tu domine: et omnes
vie tue veritas. Initio cognoui de testimo-
nijs tuis: quia in eternū fundasti ea. Vide hu
militatem meam et eripe me: quia legē tuam
non sum oblitus. Iudica iudiciū meū et re-
dime me: pꝛopter eloquiū tuum viuifica me.
Longe a peccatoꝛibꝰ salus: quia iustificatio-
nes tuas non exquisierunt. Misericoꝛdie tue
multe dn̄e: secundū iudiciū tuum viuifica me
Multi qui persequūtur me et tribulant me:
a testimonijs tuis non declinaui. Vidi pꝛe-
uaricātes et tabescebam: quia eloquia tua nō
custodierunt. Vide quoniā mādata tua dile
xi dn̄e: in mīa tua viuifica me. Pꝛincipium
verboꝛum tuoꝛum veritas in eternum: om-
nia iudicia iusticie tue. Requiē eternā. ps.

Principes persecuti sūt me gratis: et a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū. Le-
taboꝛ ego super eloq̄a tua: sicut qui īuenit spo

lia multa. Iniquitatem odio habui et abo
minatus sum: legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: super iudici
iusticie tue. Pax multa diligētibus legē tuā
et non est illis scandalū. Expectabā salutar
tuum dñe: et mandata tua dilexi. Custodiui
anima mea testimonia tua: et dilexit ea veh
menter. Seruaui mādata tua et testimoni
tua: quia omnes vie mee in cōspectu tuo. A
propinquet deprecatio mea in conspectu tu
dñe: iuxta eloquiū tuum da michi intellecti
Intret postulatio mea in cōspectu tuo: seci
dum eloquiū tuū eripe me. Eructabūt labi
mea hymnū: cū docueris me iustificatione
tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiū tui
quia oīa mandata tua equitas. Fiat manu
tua vt saluet me: qm̄ mādata tua elegi. Cō
piui salutare tuū domine: et lex tua meditati
mea est. Viuet anima mea et laudabit te: e
iudicia tua adiuuabūt me. Erraui sicut ou
que periit: quere seruū tuū domine/quia m
data tua non sum oblitus. Requiem. ān



Chorus angelorum te suscipiat in sinu abra

ħe ibi te collocet: vt cũ lazaro quõdam


paupere eternã habe as requiẽ. Oratio.

Miri vulneris nouitate percussi et quo-
dãmodo cordib⁹ sauciati mĩam tuam
mũdi redẽptor flebilibus vocibus ipsorum⁹:
vt cari/e/nostri/e/aĩam ad tuã clemẽtiã q̇ fõs
pietatis es reuertentẽ. blãde leniterqȝ suscipi-
as: et quas ex carnali cõmoratione contraxit
maculas. tu deus inolita benignitate clemen
ter deleas/pie indulgeas/obliuioni in perpe-
tuum tradas. atqȝ hanc laudẽ tibi cũ ceteris
redditurã. ⁊ ad corpus qñqȝ reuersurã: sãctorꝝ
tuorꝝ cetib⁹ aggregari ꝑcipias. Qui cũ patre ⁊
spũ sctõ viuis et reg. d. p. Pater nr̃. Et ne nos
Sed libera. A porta inferi. Erue dñe aĩas eorꝝ
Requiẽ eternã dona eis dñe. Et lux perpetua.
Requiescãt in pace. Amẽ. Dñs vo. Oremus.


Partẽ beate resurrectionis obtineat: vi
tamqȝ eternã habere mereatur ĩ celis.
per te iesu xp̃e saluator mũdi. Qui cũ pr̃e. ore⁹

DEus cui soli cōpetit medicinā ꝑsta
post mortē. ꝑsta quesumꝰ: vt anim
famuli/e/tui/e/terrenis exuta cōtagiis: in tu
redemptionis parte numeretur. Per chꝛist
dominū nostrum. Amen. Oremus. Oratio
SUscipe quesumꝰ dn̄e animā famuli/e
tui/e/ quā de ergastulo huius seculi v
care dignatus es: ⁊ libera eam de principibu
tenebꝛarum et de locis penarum. vt absolut
omniū vinculo delictoꝛū: quietis ac lucis ete
ne beatitudine perfruatur. et inter sanctos e
electos tuos in resurrectiōis gloꝛia resuscita
ri mereatur. Per chꝛistū dn̄m no. ā. Oremus
FIdelium deus omniū conditoꝛ et r
demptoꝛ animabus famuloꝛū famu
larumqꝫ tuarum remissionem cūctoꝛum tr
bue pecccatoꝛum: vt indulgētiam quam sem
per optauerunt: piis supplicationibus conse
quantur. Qui venturus es iudicare viuos e
moꝛtuos et seculum per ignem. Amen.
Requiem eternam dona ei domine. Et lu
perpetua luceat ei. Requiescat in pace. Amen

¶ Sequitur seruitium defunctoꝛum/modo
sequenti incipiatur. Et pꝛimo ad vesperas
Antiphona.





lacebo domino. Euouae. de ij. Psalmus
Dilexi quoniā exaudiet dominus:
vocem orationis mee. Quia in-
clinauit aurem suam michi: et in
diebus meis inuocabo. Circūde-
derunt me dolores mortis: et peri-
ula inferni inuenerunt me. Tribulationē
dolorem inueni: et nomen domini inuo-
ui. O domine libera animam meam mise-
cors dñs et iustus: et deus noster miseretur.
Custodiēs paruulos dominus: humiliatus
um et liberauit me. Cōuertere anima mea
requiē tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animā meā de morte: oculos
eos a lachrymis/pedes meos a lapsu. Place
o domi-
o: in re-
io ne vi-
orum. ā. Placebo domino in regione viuo-



um. ān. Heu michi. Euouae. de ij. ps.

AD dñm cum tribularer clamaui:et e
audiuit me. Dñe libera animã me
a labijs iniquis:et a lingua dolosa. Quid d
tur tibi aut quid apponatur tibi:ad linguã d
losam: Sagitte potẽtis acute: cum carbo
bus desolatorijs. Heu michi quia incolatu
meus prolõgatus est: habitaui cum habitãt
bus cedar/multũ icola fuit aĩa mea Cum hi
qui oderunt pacẽ eram pacificus:cũ loqueba
illis impugnabant me gratis. ãn





est. ãn Dominus. Euouae. de viii. ps


LEuaui oculos meos in montes: vn
de veniet auxilium michi Auxilium
meum a dño:qui fecit celum et terram Non
det in cõmotionẽ pedẽ tuũ:neqꝫ dormitet qu
custodit te. Ecce non dormitabit neqꝫ dor
miet:qui custodit israel. Dominus custodi
te dñs protectio tua:super manũ dexterã tuã
Per diem sol nõ vret te:neqꝫ luna per noctẽ

Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animam tuã dñs. Dñs custodiat itroitũ tuũ et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq; in seculũ. ãn

Dñs custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dñs. ã. Si iniqtates. Euouae. ps


De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo eius: sperauit aĩa mea ĩ dño. A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret israel in dño. Quia apud dñm mĩa: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. ãn.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine



quis sustinebit. an. Opera. Euouae. de ii.

Confitebor tibi dñe in toto corde me
quõ audisti verba oris mei. In cõsp
ctu angelorum psallam tibi: adorabo ad temp
sanctũ tuum et confitebor nomini tuo. S
per misericordia tua et veritate tua: quon
magnificasti super omne nomen sanctũ tu
In quacũque die inuocauero te exaudi me: m
tiplicabis in anima mea virtutẽ. Confite
tur tibi dñe omnes reges terre: quia audier
omnia verba oris tui. Et cantent in viis d
mini: quõ magna est gloria domini. Quon
excelsus dñs et humilia respicit: et alta alõ
cognoscit. Si ambulauero in medio tribu
tionis viuificabis me: et super iram inimico
meorũ extendisti manũ tuam/et saluum n
fecit dextera tua. Dominus retribuet pro n
domine misericordia tua in seculũ: opera n
nuum tuarum ne despicias. ã



Opera manuũ tuarũ domine ne despi cias

A Udiui vocē de celo dicētē michi: scribe
Beti mortui qui in dn̄o moriunt. d.g. ℣
Requiē etnā. Et lux. ꝛc. ❡ Ad magnificat. añ

Lux eterna luceat eis domine cū sanctis

tuis in eternū quia pius es. ps. Mag.
Kyrie el. iij Xpe el. iij. Kyrie el. iij. Pat. nr̄.
Requiē eternā dona eis dn̄e. Et lux ppetua. ps
L Auda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in
vita mea psallam deo meo q̄diu fuero
Nolite cōfidere ī pncipibz: nec ī filijs hoim in
qbz nō est salus Exibit spūs eiꝰ ꝛ reuertetur in
terrā suā: in illa die peribūt oēs cogitationes eo-
rum. Btūs cuius deus iacob adiutor eius spes
eius in dn̄o deo ipsius qui fecit celū ꝛ terrā: mare
ꝛ omnia que in eis sūt. Qui custodit veritatē ī
sclm facit iudiciū iniuria patiētibus: dat escā
esurietibus.


D n̄s soluit cōpeditos: dn̄s illumīat cecos. Dn̄s
erigit elisos: dn̄s dirigit iustos Dn̄s custo-
dit aduenas pupillū ꝛ viduā suscipiet ꝛ vias

pctōꝝ disꝑdet Regnabit dn̄s in scl'a deus tu-
us syon: in gn̄atione ⁊ gn̄atione. ℣ In meōꝛia etna
erūt iusti. Ab auditōe mala nō timebūt. A poꝛta ī-
feri. Erue dn̄e aīas eoꝝ. Credo vidē bona dn̄i. In
tra viuētiū. Requiescāt in pace Amē. Dn̄e ex. Et clam.
Dn̄s vo. Et cū. Or.
Inclina dn̄e aurē tuā ad p̄ces nr̄as qbꝫ miām
tuā supplices dep̄camur: ut aīā famuli tui N.
quā de hoc sclo migrare iussisti: in pacis ac lucis re-
gione cōstituas: ⁊ sācroꝝ tuoꝝ ee cōsoꝛtē. Oꝛem.
Deus venie largitoꝛ ⁊ hūane salutis auctoꝛ
qs clemētia tua. ut nr̄e cōgregationis fra-
tres ⁊ soꝛoꝛes q ex hoc sclo transierūt btā maria
semper virgine intercedente cū oibꝫ sāctis
tuis: ad ꝑpetue btitudinis cōsoꝛtiū ꝑue-
nire concedas. Per xp̄m. Pro feīa. Ore.
Quesumus dn̄e pro tua pietate misere-
re aīe famule tue. et a cōtagijs moꝛta-
litatis exutā: in etne saluatōis parte restitue
Per christum. Pro sacerdote Oꝛemus.
Deꝰ q̄ int aplicos sacerdotes famulū tuū
N. fecisti sacerdotali dignitate censeri.
p̄sta qs: ut quoꝝ vicem gerebat ad hoꝛam
in terris: eoꝛum quoqꝫ ꝑpetuo ꝯsoꝛtio letet
in celis. p. x. Fidelium. vts. ℂ Ad mat
defūctoꝝ. Inuitat.

Regē cui omnia viuūt Venite adoremus.
p̄. Venite. In. i. no. ā.

Verba mea auribus pcipe dn̄e: itellige clamorē meum Dirige. Euouae p̄.
Intēde voci orōis mee: rex meus ⁊ deus meus Qm̄ ad te orabo domine: mane exaudies vocē meā. Mane astabo tibi ⁊ videbo: qm̄ nō deus volēs iniqtatē tu es. Neqꝫ hītabit iuxta te malign⁹ neqꝫ pmanebūt iniusti āte oculos tuos Odisti oēs qui operatur iniqtatē: pdes oēs qui loquūtur mēdaciū. Virū sāguinū ⁊ dolosū abominabitur dn̄s: ego aūt in multitudine mīe tue Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplū sāctū tuū in timore tuo. Dn̄e deduc me in iustitia tua pter inimicos meos: dirige cōspectu tuo viā meā. Qm̄ nō est ī ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanū est. Sepulchrū patēs est guttur eoꝝ linguis suis dolose agebāt: iudica illos deus Decidat a cogitationibꝫ suis scdm̄ multitudinē ipietatū eorū expelle eos qm̄ irritauerūt te dn̄e Et letētur oēs q̄ sperāt in te: in eternū exultabūt ⁊ hītabis in eis. Et gloriabūtur in te omnes qui diligūt nomē


tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Antiphona



Dirige domine deus meus in conspec-



tu tuo viam meam. Antiphona. Conuer-



tere. Euouae.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde sed tu domine vsqȝquo. Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quõ nõ ẽ in morte qui memor sit tui: ĩ inferno autẽ q̃s cõfitebit tibi. Laboraui ĩ gemitu meo lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachr-

nis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est furore oculus meus: inueteraui inter oĩes inimicos meos. Discedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã: dñs orationẽ meã suscepit. Erubescãt et conturbentur vehemẽter oẽs inimici mei: cõuertantur et erubescãt vade velociter. ãn.

Cõuertere dñe et eripe aĩam meã quoniã nõ est in morte qui memor sit tui. ãn. Nequãdo

Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex oĩbus persequentibus me Euouae. d viii p. et libera me. Nequãdo rapiat vt leo aĩam meã: dum non est qui redimat neqꝫ qui saluũ faciat. Dñe deus meus si feci istud: si est iniqtas in manib⁹ meis. Si reddidi retribuẽtib⁹ michi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus aĩam meã cõprehẽdat et cõculcet in terra vitã

meam:et gloriam meam in puluerē deducat
Exurge dn̄e i ira tua:⁊ exaltare in finibus ini
micorū meorū. Et exurge dn̄e de⁹ meus i pre
cepto qđ mandasti: et synagoga populorū cir
cūdabit te. Et propter hāc i altū regredere:
dn̄s iudicat populos. Iudica me dn̄e secun
dum iusticiam meā: et secundū innocentiam
meam super me. Consumetur nequicia pec
catorum et diriges iustū:scrutans corda et re
nes deus. Iustum adiutoriū meū a dn̄o: qui
saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus
fortis et patiens:nunquid irascitur per singu
los dies? Nisi cōuersi fueritis gladium suum
vibrauit:arcum suum tetendit et parauit illū
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas
ardētibus effecit. Ecce parturit iniusticiam
concepit dolorē:et peperit iniquitatem. La
cum aperuit et effodit eum: et incidit in foue
am quam fecit. Conuertetur dolor eius in ca
put eius: et in verticem ipsius iniquitas eius
descendet. Confitebor dn̄o secundum iusticie
am eius:et psallam nomini domini altissimi

ān. Nequādo rapiat vt leo animā meā dum

non eſt qui redimat neq; qui saluum faciat.
℣. Dirige domine deus meus. ℟. In conspe
ctu tuo viam meam. Pater noſter. Et ne nos
inducas in tentationē. Sed libera. Lectio. i.

Parce michi dn̄e: nichil enim ſunt dies
mei. Quid eſt homo quia magnificas
eum: aut quid apponis erga eum coꝛ tuū: Vi=
ſitas eum diluculo: et ſubito pꝛobas illū. Uſq;
quo non parcis michi: nec dimittis me vt glu
tiam ſaliuā meam: Peccaui. Quid faciā tibi o
cuſtos hominū: Quare poſuiſti me contrari=
um tibi: et factus ſum michimetipſi grauis:
Cur non tollis peccatū meū: et quare non au
fers iniquitatē meā: Ecce nūc in puluere doꝛ
mio: et ſi mane me queſieris non ſubſiſtā. ℟.



Redo q; redēptoꝛ meus vi=
uit et in nouiſſimo di e de ter ra ſur=



sunt. Et in carne. Lectio secunda.

Tedet animã meã vite mee: dimittã aduersũ me eloquiũ meũ. Loquar in amaritudine anime mee: dicã deo. Noli me condẽnare. Indica michi: cur me ita iudices: Nũquid bonũ tibi videtur si calumnieris et opprimas me opus manuũ tuarũ: et consiliũ

ipioꝝ adiuues: Nūquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo et tu videbis: Nūquid sicut dies hoīs dies tui: et anni tui sicut hūana sunt tp̄a: Ut queras iniquitatē meā: et pctm̄ meū scruteris. Et scias qꝫ nichil impiū fecerī: cū sit nemo qui de manu tua possit eruere ℟.



Uila zarum resuscitasti a mo numēto feti dn̄. tu e is do mi ne do na requi em. Et lo cum indul gēti e.

℣. Requiem eternā dona eis domi ne Et lo cum indul gēti e. Lectio tercia


Manus tue fecerunt me: et plasmaue
runt me totum in circuitu. Et sic re
pente precipitas me. Memento queso q si
cut lutum feceris me: et in puluerem reduce
me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut case
um me coagulasti: Pelle et carnibus vestis
me: ossibus et neruis compegisti me. Vitam
et misericordiam tribuisti michi: et visitati
tua custodiuit spiritum meum.


Responsorium.



Domi nequādo vene ris iu dica re terrā v bi me abscon dam a vultu ire tu e. Quia pec cari ni mis in vita me a. Cōmis









re. Quia. In ij. no. ā. In loco. Euo. de viij.

Dominus regit me et nichil michi deerit: ī loco pascue ibi me collocauit. Sr aquā refectiōis educauit me: aīam meā cōuertit. D eduxit me super semitas iusticie: propter nomē suū. Nam et si ābulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in cōspectu meo mēsam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians q̄ preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. Antiphona.





Delicta. Euouae. de viij. Psalmus


AD te domine leuaui aīam meā: deus meus in te confido non erubescam. Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenī vniuersi qui sustinent te non confundētur. Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue. Vias tuas domine demōstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me ī veritate tua et doce me: quia tu es deus saluatoꝛ meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum dñe: ⁊ miarum tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignoꝛātias meas: ne memineris. Scdm miam tuā memēto mei tu: ꝓpter bonitatem tuā dñe. Dulcis et rect⁹ dñs: ꝓpt hoc legē dabit delinquētib⁹ ī via. Diriget māsuetos ī iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie dñi mia et veritas requirentibus testamentū eius: et testimonia eius. Propter nomen tuum dñe

ropiciaberis peccato meo: multū est enim. Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei ī via quā elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semē ei⁹ hereditabit terrā. Firmamentū est dn̄s timētib⁹ eū: ꝛ testamētū ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semꝑ ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: qꝛ vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide humilitatē meā ꝛ laborē meū: ꝛ dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meā et erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes ꝛ recti adheserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. Antiphona.

Delicta iuuētutis mee et ignorātias meas ne memineris dn̄e. a. Credo videre. Euo. de iii. p

Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo? Dominus protector vite mee a quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo. Unam petii a domino hanc requiram: ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me: in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto domine ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Legem pone michi domine in via tua: e

irige me in semita recta: propter inimicos
neos. Ne tradideris me in animas tribu-
ntium me: quoniam insurrexerunt in me
estes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viuen-
tium. Expecta dominum viriliter ageꝫ con
ortetur cor tuū: et sustine dominum. Ātipho.



Credo vide re bona domini in terra viuētiū.
. Delicta iuuentutis mee ℟. Et ignorātias
meas ne memineris domine. Pater noster
Et ne nos. Sed libera. Lectio quarta.

Quantas habeo iniquitates et peccata:
scelera mea atqꝫ delicta ostende michi
Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me
inimicum tuum? Contra folium quod vento
rapitur ostendis potentiam tuā: et stipulam
siccā persequeris. Scribis eni contra me ama
ritudines: et consumere me vis peccatis ado-
lescentie mee. Posuisti in neruo pedē meū et
obseruasti oēs semitas meas: et vestigia pedū
meorum considerasti. Qui quasi putredo con
sumendus sum: et quasi vestimentum quod
comeditur a tinea. Responsoriū.



Eu michi domine quia peccaui n

mis in vita me a quid faciam mi ser v-

bi fu giā nisi ad te deus me us mise-

re re me i. Dum vene ris in noui

ssimo di e. ℣ A nima mea turbata e

val de sed tu dn̄e suc curre e i. Dum. l.

Homo natus de muliere/breui viuen

tēpore: repletur multis miserijs. Q

[qu]asi flos egreditur et conteritur et fugit ve-
[lu]t vmbra: et nunꝗ̄ in eodem statu permanet
[E]t dignum ducis super huiuscemodi aperire
[oc]ulos tuos: et adducere eum tecū in iudiciū:
[Q]uis potest facere mundū: de imundo cōce-
[pt]ū semine: Nōne tu qui solus es: Breues di-
[es] hoīs sunt: numerꝰ mensiū eius apud te est.
[C]ōstituisti termīos eiꝰ qui p̄teriri nō poterūt
[R]ecede ergo paululū ab eo / vt quiescat donec
[o]ptata veniat: et sicut mercēnarij dies eiꝰ. ℟.



[N]E recorde ris peccata me a do-
[m]ine Dū veneris iudicare se culū per
[i]gnē. ℣. Dirige domine deus meus
[i]n cōspectu tuo viam me am. Dū. ℓ. vi.

Quis michi hoc tribuat vt in infern protegas me et abscondas me: done pertrāseat furoꝛ tuus/et cōstituas michi tem pus in quo recoꝛderis mei? Putasne moꝛtu us homo rursum viuat? Cunctis diebus qu bus nunc milito expecto donec veniat imu tatio mea. Uocabis me: et ego respondebo t bi. Operi manuum tuarum poꝛriges dexte ram. Tu quidem gressus meos dinumerast sed parce peccatis meis. Responsoriun



Omine secūdū actū me um n li me iudi ca re nichil dignū in cōsp ctu tu o e gi. I deo depꝛe coꝛ ma iesta tem tu am vt tu de⁹ deleas

uiqtatem meam. V. Amplius laua

e deus ab iniusticia me a et a delicto meo

ūda me quia tibi so li peccaui.

deo. In.iij.noct.ā. Dñe abstraxisti. ps.
Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec de
lectasti inimicos meos super me. Do
ine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
D ñe eduxisti ab inferno aīam meā: saluasti
e a descendētibus in lacum. Psallite domi
sancti eius: et cōfitemini memorie sancti
tis eius. Quoniā ira in indignatione eius:
ita in volūtate ei9. Ad vesperū demora
ur fletus: et ad matutinū leticia. Ego autē
i in abūdantia mea: nō mouebor in eternū

Dn̄e in volūtate tua: pꝛestitisti decoꝛi meo virtutē. Auertisti faciē tuā a me: et factus sū cōturbatus. Ad te dn̄e clamabo: et ad deum meū dep̄cabor. Que vtilitas in sāguie meo dū descēdero in coꝛruptionē. Nūquid cōfitebitur tibi puluis: aut annūciabit veritatē tuā. Audiuit dn̄s et misertus est mei: dn̄s factus est adiutoꝛ meus. Conuertisti planctū meū in gaudiū michi: cōcidisti saccū meū et circundedisti me leticia. Et cātet tibi glia mea et nō cōpūgar: dn̄e deus me⁹ in eternū cōfiteboꝛ tibi.

ān. Dn̄e abstraxisti ab inferis animā meam

ān. Complaceat. Euouae. deū. psalm

Expectās expectaui dn̄m: et intēdit michi. Et exaudiuit p̄ces meas et eduxit me de lacu miserie: et de luto fecis. Et statuit supꝛa petrā pedes meos: et direxit gress⁹ meos. Et imisit in os meū canticū nouum: carmen deo nostro. Videbūt multi et timebūt et sperabunt in dn̄o. Beatus vir cuius est no

men dñi spes eius: et nõ respexit in vanitates
t insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus
eus mirabilia tua: et cogitationib' tuis nõ
t qui similis sit tibi. Annũciaui et locutus
m: multiplicati sũt super numerũ Sacrifi
um et oblationẽ noluisti: aures aũt perfeci
i michi. Olocaustũ et pro pctõ nõ postula=
i: tũc dixi ecce venio. In capite libri scriptũ
t de me vt facerẽ voluntatẽ tuã deus meus
olui: et legem tuam in medio cordis mei.
Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia ma=
na: ecce labia mea nõ prohibebo dñe tu scisti
Iusticiam tuam non abscõdi in corde meo:
eritatem tuam et salutare tuum dixi. Non
scondi misericordiã tuam et veritatẽ tuã:
onsilio multo. Tu autẽ domine ne longe
